

Præceptum Arichis Ducis Beneventani.

I

Nomine Domini Dei, **U**alvatoris nostri Jesu Christi dominus vir gloriosissimus Arichis summus Dux gentis Longobardorum, in Monasterio S. Vincentii, qualiter **A**thiperti Abbati, eo quod suggereret clementiæ nostræ, **R**addolus Monachus ipsius S. Caroli, qualiter firmaremus in eodem sancto, et venerabili loco, condonans ipsas græ quomodolibet Arichis filius Radichis, pro mercede anime sue, itaque commiserat per cartulam suam, qui commanere videntur juxta terras finibus Capuane. Nostro quippe potestas considerare Dei omnipotentis misericordiam, et anime nostræ mercedis, quam et ipsi Radichin obaudientes postulationem. Ideoque per hunc nostrum robortum Præceptum firmavimus in possessionem jam præfati Monasterij S. Vincentii, quam et ad eum servientibus ipsas condonans, idest Rancidus cum germanis suis, simul et nepotes, cum uxores nostras, filios, et filias, necnon et condonans nomine Rancidus, tam simile cum suis germanos, et nepotes, cum uxoribus, nostras filios, et filias, simul et merito quam et iis consobrinos Rancidoli cum suas uxores, filios, et filias; his dictis cum omnibus pertinentiis suis, qui habitant in vico dicto ad S. Pammarum, idest ad casis intrinsecus, vineis, territoriis, campis, silvis, pascuis, omnibus, et in omnibus, mobilibus, et immobilibus, seseque moventibus, quantumque ipsi supradicti ad manum Arichis deserierunt, in ea videlicet ratione, ut amodo, et hincap per hunc nostrum firmissimum Præceptum secundum textum cartule, quam Arichis exinde emisit, in præd. Monasterio subiaceant omnes res ipsæ, et à nullo ex nostris iudicibus, idest comitibus, castaldis, vel quisquam agentibus habeant aliquam requisitionem, aut molestationem, sed perpetuis temporibus, securas, et quietas Abbates ipsius Monasterij valeant propitèr prænomintas, condonans omnia cum eorum pertinentiis. Quod vero Præceptum firmitatis ex jussione suprascripti domini nostri Arichis 21 anno Principatus ejus scripti eo, Benevatus Notarius. Actum Beneventi in Palatio mense Mayo. Indictione 1^a

In hoc tempore quidam homines carapellenses ingeniose subtrahentes se ex servitio, et solutione vectigalium quam semper facere solebant, sacro Monasterio superbe resistebant; unde ex jussione magnifici Ducis Hildeprandi definitio iudicatus facta est per Munoaldum Episcopum, et alios idoneos viros et illorum audacis devicta atque subacta est, secundum quod hic retro habetur descriptum.